



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

40. Gratia quomodo sufficiens in Adam, Noë, Abraham, Patriarchis, Sapientibus gentilium; in caelesti machina & creaturis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

mbus eam offert, at que ingerit ad salutem omnium conditor atque redemptor; ad hac illi longe a pietatis tramite recedentes, respondere praesumunt: non eam Salvator omnibus dedit, quia nec pro omnibus mortuus est. Et Masilienses apud Prosperum eam gratiae formam indecunt,

Prof. eam. de ingratis c. 10 vide & cap. 11. Videlicet 3. de haer. Pelag. c. 3.

Ut cunctos vocet illa quidem, invitetque, nec ullam Prateriens, si valeat communem asserre salutem Omnibus, & totum peccato absolvere mundam.

Plura diximus in haeresis Pelag. descriptione.

NOTA XL.

Gratia quodammodo sufficiens in Adam, Noe, Abraham Patriarchis, Sapientibus gentilium, in caelesti machina & creaturis.

Hanc sufficientem gratiam multiplicem constituunt recentiores, multisq; modis eam a Deo humano generi preparatam esse tradunt; ut primo in Adam & eius coniuge, in Noe & filijs eius, in singulis gentibus exorando viros sapientes & pios, ut Abraham & Patriarchas; in caelestium orbium & reliquarum creaturarum publica voce. In Iudaeis qui legem habebant, totoq; peccato orbis dispersi erant. Ex quibus, inquit Lellius, apparet, quam multis & variis modis Deus hoc auxilium preparaverit, ut omnes eus possint esse participes.

Est lib. de praed. sect. 6.

Lib. de provident. non multum a principio.

Faust. lib. 2. cap. 2.

In Epist. Prof. ad Aug.

Masilienses eodem omnino modo, gratias istas generales praedicabant, quemadmodum latissime videre licet in opusculo de providentia apud Prosperum, Semi-Pelagianam fuligine non parum tincto: & apud Faustum lib. 2. & in Masiliensibus apud Prosperum, qui Dei auxilium commendantes, sive per naturalem sive per scriptam legem &c. homines universaliter vocari statuerunt.

NOTA XLI.

Item in forma Ecclesiae, & praedicatione Evangelij generali.

Inter illas gratias sufficiens recensent etiam recentiores publicam Ecclesiae formam, & doctrinam omnibus expositam. Nam Ecclesia sibi per omnes gentes dispersa, ut haec ab illis veritatem discere possint, inquit idem Lellius.

Loco citato.

Prof. ad August.

In ead. Epist. ad Aug.

Prosper in Epist. ad August.

Faust. l. 2. cap. 6.

Eadem Ecclesiastica doctrina universalis gratia fuit Masiliensibus charissima. Nam ideo dicebant, omnem hominem ad credendum & operandum divinis institutionibus admoneri, adeoque gratiam referre, ut Hilarius testis est; ad ipsam vocationem, qua praestatur indignis. Et apud Prosperum decernunt homines universaliter sive per naturalem sive per scriptam legem, sive per Evangelicam praedicationem vocari. Et Faustus: Fidelis divinae doctrinae generalis inculcat, ac lumen credulitatis insinuat. Quod gratiae genus apud Semi-Pelagianos perquam familiare fuit: & apud Pelagianos praedicatissimum.

NOTA XLII.

Gratiam actualem internam utrique tribuunt.

Sed quia istae Masiliensium gratiae plerumq; non nisi externae sunt, vel certe non nisi

intellectu afficiunt, intacta voluntate quaerenda ad opera bona praestanda, imbecillis est, & adjuvari debet, hinc recentiores lato limite a Masiliensibus se distare putant, quod aliam omnibus praecedentibus gratiam adijciendo, praedicant, veram, & internam, & actualem, & in ipsa potentia voluntatis. Haec gratia in recentiorum Molinae, Suarez, Lessij, Vasquez, & aliorum scriptis est non solum: vocaturque congrua, quando eum ea voluntas operatur, incongrua quando eam cessando cessam facit: quibus nominibus crebro a Lessio nuncupatur.

Lib. de praed. sect. 2. r. 1. 2. 4. sep. 5.

Non est tamen quoddam ista interna gratia multum sibi recentiores isti blandiantur. Eandem ipsam & Masilienses ante ipsos agnoverunt, praedicaverunt, & omnipino etiam ad credendum & operandum necessaria esse confessi sunt. Scio hoc illis auctoribus paradoxam videri. Sed qui veritatem illius asserimus mea probatam videre velit, legat ea quae fuisse diximus libro de haeresi Pelagiana per multa capita, ubi hoc, nisi me fallit, ad oculum demonstravimus. Apud Hilarium enim ex magna parte se divisionem illam probare restantur, qua sanctus Augustinus adiutorium gratiae distulerat, ad adiutorium sine quo non, cum quo primus homo poterat perseverare si vellent: & adiutorium quoque illud ad credendum tantum homini lapsio sufficere statuebant; cum primo homini ad omnia mandata adimplenda sufficeret: hoc verum ad opera bona post fidem esse necessarium. Quod cur latius & evidentiis sibi ostendatur velit, legat loca quae citavimus. Frustra quippe hinc iterum impenderetur formandae probationi labor, quo paucis pagellis revolutis, tota probata haberi, & legi potest.

Lib. 1. 8. de haer. Pelag. ap. 6. 7. 9. 10.

NOTA XLIII.

Gratia ista quantum ad operandi modum est adiutorium sine quo non.

Porro quantum ad operandi modum gratiam istam ita recentiores aptant, ut accuratissime tam illi generali voluntati divinae quadret, qua vult omnes salvos fieri, quantum in ipso est, tum liberae voluntati. Nam primo statuunt eam esse talem, ut non sit gratia qua sit opus, sed sine qua non fit: hoc est, nolunt esse talem gratiam, quae statim atq; adesse vel inest voluntati consensus adesse facit: sed talem, ut consensus sentiat, si voluntas velit, sine ipsa tamen non fiat. Antiquae phrasim istam in auctorum istorum scriptis perquam familiarem: ut in fluxu gratiae & liberi arbitrii sibi videri sunt eam a sine qua non existendi in verum naturam. Et alio in loco multo post: Pelagianam tamen modo haec (perseverare, se convertere &c.) tribuuntur Deo, tum quia Deus hominem ad haec excitat & sollicitat, antequam de illis cogitet; tum quia ad haec vires praebet, sine quibus homo non potest in his quicquam. Et cum sibi alibi objecisset, ergo praedestinationem quam docuit, non fore causam cooperationis nostrae, quae capitalis erat obiectio, & cui non potest ullo modo satis fieri, nihil modus influendi gratiae explicetur, respondet

Est de grat. c. 10. n. 12. Cap. 11. n. 4.